

**A** ad ea quæ tibi aliqui uel aliqui in causa fidei uoluerit obficere, receptur<sup>9</sup> & facturus in omnibus iustitiae complementum, ad quod à uiolentia, iustitia semper salua, oēni saluum conductum nostrum, quantum in nobis est, & fides exigit orthodoxa, præstium tenore offerimus, & etiam plenius assignamus, certificantes q̄ siue in dicto termine compareas, siue non, nihilominus contra te per ipsum sacram cōcilium uel eius commissarios uel commissarium, lapsu termino supradicto, procedetur, tua consumacia in aliquo non obstante. Datum Constantiæ in sessione concilij generalis decimaseptima die mensis Aprilis, sub sigillis præsidentium quatuor nationum.

¶ Contra famosè libellantes.

**L** TEM inhibet hæc sancta synodus omnibus cuiuscunq; status, gradus, dignitatib; uel cōditionis existant, ne libellos famosos per se uel per alium seu aliis faciant contra quemcunq; in hac ciuitate Constantiæ existētem, sub pena excommunicacionis, quam monitione canonica præmissa, contra facientes cōtrarium fert in his scriptis, etiam sub pena carceris. Quodq; cōtra tales qui in præmissis culpabis seu infamati reperiētur, procedatur autoritate huius sacri cōcilij, ut fuerit ratiōis,

**B** ¶ Concilium decernit literas missiuas per mundum informatorias de gestis synodalibus.

**L** TEM decernit sancta synodus, literas missiuas ad dominos reges, principes & uniuersitates, p̄ natōes hui<sup>9</sup> sacri cōcilij ordinatas & ordinadas, q̄ citi<sup>9</sup> fieri possent fore mittendas, sub sigillis quatuor plator<sup>9</sup> & quatuor nationū p̄sidentium. Post quorum articulorum publicationem fuit petitus per dictos dominos Atrebates, & alios sibi assistentes, an placarent. Et fuit responsum per omnes, nemine discrepante, placet, approbando. Et promotor concilij petiit instrumenta fieri. Dominus uero vicecancelarius, quantum ad articulum eum contingentem, respondit q̄ uellet signare commissiones de iustitia, sed non quæ contra ius scriptum.

S E S S I O S E P T I M A.

**A** NNO à nativitate domini M. CCCC. XV. indictione octava, & dñi nostri dñi Ioannis diuina prouidentia papæ XXIII. anno V. die louis secunda mensis Maij, fuit sessio generalis in ecclesia Cōstantiæ, maiori supradicta ad hoc depurata mane hora tertiarum, in qua fuit serenissimus princeps Sigismundus rex Romanorum & Hungariæ &c. cum suis insignijs regalibus, & nobilibus in prædictis sibi seruientibus, & in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostieñ. cardinalis Viuariensis, fuitq; cantata missa de spiritu sancto: per reverendum patrem dominum Ioannem archiepiscopum Ragusinum, qua cantata legebantur letaniae &c. more aliarum sessionum. Quibus quidem peractis, procedendo ad ulteriora, reverendi patres Pileus archiepiscopus lanueniens ad legendum & publicandum qua legenda & publicanda erant, ad approbanda ea per concilium: ad approbandum uero eadem, Ioannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallica na, Antonius episcopus Concordiensis pro natōe Italia, Ioannes archiepiscopus R̄gensis pro natione Germanica, Guillermus abbas sanctæ Mariæ extra muros Ebora ci pro natione Anglicana depuratus per quatuor nations, ascenderunt ambonem: & Henricus de Piro promotor concilij, petiit decerni & concedi per ipsam synodum citationem contra Ioannem papam & eiusautores &c. Et ulterius eidem Ioanni papæ ad comparendum, & alijs cōparere uolentibus, per eandem synodum & illustrissimum Romanorum regem ibidem præsentem, saluum conductum concedi. Quibus concessis uerbo per totam synodum & Romanorum regem, dictus reverendissimus pater dominus Pileus archiepiscopus lanuensi, legebat citationem decretam contra Ioannem papam & suos sequaces ac receptatores, huiusmodi sub tenore:

¶ Tenor citationis contra Ioannem papam XXIII.

bbb n̄ Sacro